

CIRCUMCISIONIS.

31

ex Genesi. Ibi enim legitur, ipsum Deum Abrahamo mandasse, ut ipse cum sua familia virilis sexus in præputio, omnesque pueri vel ex ipsius semine domi, vel ex peregrinis alibi nati, & ab ipso emti circumciderentur, fuitq; hæc circumcisio, ut textus loquitur, signum fæderis, inter Deum & circumcisos. Jam vero quæritur, quare Christus, qui non opus habuit hoc signo, siquidem fuit Filius Dei longè dilectissimus, atq; cum Patre suo cœlesti & Spiritu sancto Dominus legis, fuerit circumcisus? Respondet Bernhardus in sermone de circūcisione: Circumcisus est, propter quos passus est, nihil horum propter se, sed omnia propter electos.

cap: 17.

Matt: 3.

1. Autem voluit circumcidiri, & legi se subiçere, vt à maledictione legis nos redimeret.

2. Voluit in pueritiâ sanguinem suum effundere, in testimonium futuræ suæ passionis.

3. Circumcisus est cum dolore, ut possit compati nobis in miserijs.

Hebr: 5.

4. Ut nos certificaret, se verè nostrum assumisse corpus.

Eph: 5.

5. Ut doceret nos, exemplo suo Sa-

D 2 cramenta